UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 19. Calvinistarum laniena in die sancti Bartholomæi inchoata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67232

Visual Library

Sæcul. XVI. A.C. 1572.

interficeret: præterea ipſe impenſe Regem, & Reginam ſollicitabat, quatenus ei permitterent, ut cum ſuis Equitibus ex Pariſina urbe excedere, & Calviniſtas forte auffugientes intercipere poſſet: verum eidem hoc denegatum, unde accidit, ut horum plures, prout ipſe probe proſpexerat, pœnam fuga eluderent, proin Rex plene illo emolumento, quod ex hæreticorum ſuppliciis ſperare poterat, potiri præpediebatur.

§. XIX.

Calviniſtarum laniena in die Sancti Bartholomæi inchoata.

Thu. l. 52. p. 817. Matth. hiſt. l. 6. Mem. de la Reine Marg.

Tandem armorum ſonitu, atque inſolito ſtrepitu, & quidem hora adeo aliena edito expergefacti Proceres Proteſtantes, qui per hoſpitia vicina juſſu Regis diverſabantur, pedem domo efferunt, & Luparam, quo concurſus fiebat, tendunt, atque ab obviis percontantur, quorſum tot armatorum concurſus, & faces ubique accenſæ pertinerent? quibus tamen reſpondebatur, parari ludicrum certamen a Rege, ac noctu accenſis facibus arcem ad populi oblectamentum ſtudioſe conſtructam eſſe expugnandam, unde tot homines ad ſpectaculum undique accurrerent; cum nihilominus iidem ulterius pergerent, a

ſta-